

*9.* *A8*  
*1778* *2.*  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**ORDINE ALIMENTORVM  
PARTVI MAXIME EX SPONSA  
NATO IVRE SANGVINIS  
PRAESTANDORVM.**

*P. 244.*  
QVAM  
P R A E S I D E  
**CHRISTIANO GOTTLIEB  
HOMMELIO D.**

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.  
ET FACVLT. IVRID. VIT. ASSESSORE  
IN AVDITORIO MAIORE

DIE XXIX. MAIL A. R. S. CLOCCCLXXVIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

AVTOR ET RESPONDENS

**IOANNES GVSTAVVS SEYFFERT,**  
DRESDENSIS.

*VITEBERGAE*

EXCUDIT ADAMUS CHRISTIANUS CHARISIUS.





AMPLISSIMO IVRE CONSULTISSIMO  
CELEBERRIMO QVE

V X R O  
AMPLISSIMO IVRE CONSULTISSIMO  
CELEBERRIMO QVE  
D O M I N O

CHRISTOPHORO FRIDERICO  
M V L L E R O,

AVTIVS VTRIVSQVE DOCTORI LONGE CELEBERRIMO  
BVRGHESLERI ETC. DYNASTAE

PATRONO PLVRIMVM VENERANDO  
HAS THEMIDIS PRIMITIAS  
DICAT ET CONSECRAT

VIR AMPLISSIME  
PATRONE OPTIME

*Quanta TVA in me adhuc est comitas atque prolixa voluntas, quanta beneficiorum a pluribus abhinc annis a TE perceptorum copia: tanta veneratione TIBI, patrono optimo, primum legalis scientiae specimen, quamvis sit levissimum, dicare audeo. Accipe, quaeſo, has primitias et obſervantiae tefſeras eadem fronte, qua alio tempore me fufcipere es ſolitus. Ego certe omnibus viribus ad id annitar, ne TVA munificentia, Tuoque favore videar indignus, ſed ardentiffima pro ſalute TVA fundens vota, gratiſſimum, quamdiu in vivis ero, comprobem animum. Dab. Vitebergae die XXIX. Maii A. R. S. MDCCCLXXVIII.*

AMPLISSIMO NOMINI TWO  
VIR CELEBERRIME

PERPETVA OBSERVANTIA ADDICTISSIMVS  
IOANNES GVSTAVVS SEYFFERT.

§. I.



§. I.

**A**ffectionantia sua imbecillitate deficiant, sed ut ita, quae in individuis ob mortalitatem conseruari nequeunt, saltem in speciebus propagentur et continua eorum successio ad aeternitatem quasi perueniat, commune omnium est, teste CICERONE<sup>a</sup>), curam quandam eorum, quae procreata sunt, habere; atque Naturae munus, autore ARISTOTELE<sup>b</sup>), a se genito viatum praebere. Quae prima Naturae et hominibus inter se, et cum ceteris animalibus communia esse, aequo obseruat VLPIANVS<sup>c</sup>) et denuo comprobat TRIBONIANVS<sup>d</sup>), idque ex generatione et educatione complurium volucrum, ut hirundinum, docente PLINIO, columbarum, passerum, aliarumque colligere licet, dum vterque parens ouis, pullisque incubat, et in foetu summa aequitate alternat cibum<sup>e</sup>). Naturam tamen vtrisque brutis generantibus in partu alendo et conseruando communem affectum, atque aequalem non semper

*Decura in partu alendo hominibus, brutisque communis.*

<sup>a</sup>) de Offic. Lib. I. c. 17.

<sup>b</sup>) I. Politic. 10.

<sup>c</sup>) L. I. §. 3. π. de Iussit. et Iur.

<sup>d</sup>) princ. I. de Iur. Nat. Gent. et Civ.

<sup>e</sup>) FLINIVS in Histor. Natural. L. X cap. 33.



per instillasse amorem, scriptores<sup>f)</sup>, qui vitas animalium delinearunt, non modo copiose edocent, sed et exempli instar esse possunt pecudes et bestiae foemelli sexus, vberibus et mammis instructae, quae enutriunt et educant solae gnatos, mares vero generantes, vt plurimum, discedunt, et post breue consortium longa diuortia faciunt, quid quod quidam proli infidias vitae struunt, eamque necant. Ex quo instinctu animalium, quibus natura concessit vbera, secundum Ius Naturae, matri; ex Iure vero Ciuii, Patri, liberos alendos esse, deducit doctrinam ILL. HOMMELIVS in *Iure Nat. et Gentium ex sententia veterum ICTORUM Lib. I. §. 115. seq.*

### §. II.

*Officium alendi  
liberos Iure Na-  
turae est perfe-*

Cum vero iam CICERO de OFFICIIS<sup>g)</sup> insignes differentias inter actiones et praecipue curam beluae et hominis, qui rationis est particeps, in procreatos suse demonstrauerit, et hominis educatio non in sola lactatione subsistat et absoluendum proximitatem aquatur, eaque satis longum temporis spatium desideret, nec non liter impositum, compluribus obnoxia sit difficultatibus, si homo commodo socieratis, ciuitatis et Reipublicae communii inferuiat, non dubitamus, quin Iure Naturae pater non minus, quam mater, imo omnes ascendentes<sup>h)</sup>, secundum proximitatem, respectu sexus haud habito, ad alimenta liberis egenis exhibenda, non ex simplici honestate, et ex iure imperfecto, vt putat GROTIUS<sup>i)</sup>, sed ex iure perfecto et iustitia expletrice<sup>j)</sup> ob factum generationis et communem affectum propensum, tener-

f) Huc pertinet praeter laudatum PLINIVM, ALIANVS, ARISTOTELES, ALBERTVS MAGNVS, BOGHARTVS, BUVFFON, etc.

g) Lib. I. cap. II. et 12.

h) GROTIUS de Iure Belli et Pac. Lib. II. cap. VII. §. 4. num. 4. et 6.

i) de Iure Belli et Pac. L. II. c. VII. §. 4. n. 1.

k) PVENDORF de Iur. Natur et Gent. L. IV. cap. II. §. 4. Add. L. 8. §. 5. C. de bonis, quae liber, vbi: *Filiis, vel Filias et deinceps alere patri neceſſe est,*

tenerim uinque amorem in liberos<sup>1)</sup> , si non pari laborant inopia, aequaliter obligentur.

### §. III.

Ius'vero Ciuile, neque in totum a naturali, vel gentium recedere, nec per omnia ei seruire, sed huic vel aliquid addere, vel detrahere, obseruat VLPIANVS<sup>2)</sup> idque per doctrinam de iuribus et obligationibus parentum in liberos comprobari licet. Nolumus in praesenti a more Romanorum prisco, quamuis dicta VLPIANI omnino confirmentur, in progressu temporis admotum barbaro et ab humana natura prorsus alieno, quo parentibus permisum, vel abigere partum conceptum, cum eorum opinione nondum esset homo, sed spes hominis tantum, pars ventris, et portio viscerum<sup>3)</sup>, vel iam editum occidere, aut exponere, exemplum petere, illumque latius enucleare. Etenim hic mos a ROMVLO, docente DIONYSIO HALIC. Lib. II. c. 26. et 27. introductus et contra BYNCKERSHOECKIVM<sup>4)</sup>, satis speciosis iustitiae argumentis a GEBAVERO defensus<sup>5)</sup>, a CONSTANTINO M.<sup>6)</sup> abrogatus fuit, et se-

A 2 quiори-

eſt, non propter hereditates, ſed propter ipsam naturam. LEYSER ad Pandect. Spec. CCCXXIV. med. I.

1) Conf. CICERO de Finib. Lib. III. cap. 62. L. vnic. §. 5. C. de rei iuxtriae actione. his: ipse naturalis ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem horitur.

m) L. 6. π. de Iufit. et Iur.

n) L. I. §. I. π. de Ventr. inspic. L. 9 §. I. π. ad L. Falcid. Add. OVIDIUS de Nuce v. 23. IVENNALIS Satyr. VI. v. 591. seq.

o) in Tr. de iure occidendi, vendendi et exponendi liberos.

p) BYNCKERSH. cit. lib. purat Romulum patri dediffe potestate, liberos pro arbitrio ſuo, nullaque cauſa data, occidendi, et omnimodum ius exponendi, ſed hoc ius patri, tanquam magistrati, competitif, idque exercitum fuifſe, conuocato demum, habitoque prius iudicio domētico, et praeuia cauſe cognitione, ex VALERIO MAX. Lib. VII. c. 8. n. 2. et LIVIO Lib. II. 41. multisque aliis firmare et inhumanitatem iuris romani temperare ſtuduit GEBAVER. in Disp. I. de Patria Potestate cap. 2. §. 5. et 7.

*A rationis iure  
aliena ſunt Qui-  
ritium inſtru-  
ta, quae parenti-  
bus permittunt,  
vel abigere par-  
tum, vel enu-  
necare, vel ex-  
ponere; hinc  
iure recentiori  
Rom. merito re-  
icta, et Germa-  
ni plane in-  
cogita.*



quioribus temporibus VALENTINIANVS, VALENS et GRATIANVS<sup>3)</sup>) Imperatores necati infantis piaculum capitali supplicio puniendum esse iusserunt, et partuum expositioni eandem poenam<sup>4)</sup> addixerunt. Deinde expositio infantum, eorumue abortus inusitatus fuit Germanis, et ius vitae et necis parentibus veterum Germanorum ab HEINECCIO, TRESENREVTERO, aliisque tributum, adhuc plena fide historica nondum est stabilitum<sup>5)</sup>). De cura, nutritione et educatione liberorum germanicorum ita differit TACITVS de Moribus Germ. cap. XIX. et XX. Numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur. Sua quenque mater uberibus alit<sup>6)</sup>, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac serum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem pecora: in eadem humo degunt, donec aetas separat ingenuos, virtus agnoscat. In cap. VII. vero IDEM testatur, Germanos infantes cum coniugibus in praeliis secum habuisse.

#### §. IV.

- q) L. I. C. Th. de Alimentis, L. vnic. C. de his qui parentes vel liberos occid. L. fin. C. de Patr. Potest.
- r) L. 8. C. ad L. Cornel. de Sicar, Add. SELCHOW Antiqu. Iur. Rom. P. II. c. 2. S. II. §. 56.
- s) L. 2. C. de infant. expos. verb: *animaduersioni, quae constituta est, subiacebit.* Poena capitii vero paulo ante ab iisdem Imperatoribus determinata est in L. 8. C. ad L. Cornel. de Sicar. vid. SCHVLTING in Iurilpr. Anteius, pag. 315. n. 23. et GERH. NOOT in Iulio Paulo s. de partus expositione et nece apud veteres cap. VI.
- t) Contrariam sententiam amplectuntur HEINECCIVS in Elem. Iur. Germ. L. I. §. 135. not. et TRESENREVTER in Antiqu. Germ. L. III. c. 5. §. 4. exiftinantes, patrem et maritum in liberos et vxorem habuisse ius vitae et necis, locum TACITI de Mor. Germ. c. 19: *Numerum liberorum finire, aut quenquam ex Agnatis necare, flagitium habetur, non de denegatio iure vitae et necis, sed de abortus procreatione potius, infantumque expositione accipientium esse.* Deinde mariti ius vitae et necis in uxorem comprobare studet HEINECCIVS ex eodem TACITO de M. G. c. 19. At enim vero I. sub nomine Agnatorum f. Natorum, de quo TACITVS, non venit vnuquam is partus, qui adhuc est in utero matris, sed iam in lucem

## §. IV.

Instituti nostri ratio potius nunc nobis imponit officium, In ordine alendi liberos Ius Romanum, Canonicum et Germanicum diversiter facit inter liberos legitimos et illegitimos. discrimina iuris Civilis, quae in ordine liberos egenos ob sa-  
guinis propinquitatem alendi intercedunt, cum plures eorum  
ascendentes, aut fratres ad educandum habiles concurrunt  
ostendendi, quo facto facile apparebit, Ius Ciuile et hac in  
doctrina Iuri Rationis per omnia non seruire. Quem ad mo-  
dum vero Ius Naturae differentiam liberorum legitimorum et  
illegitimorum cum diuersis eorum iuribus et obligationibus  
ignorat, ita Ius Romanum, Canonicum et Germanicum istam  
in sanctionibus suis, cum de ordine partum agnoscendi et  
alendi disceptatur, diligenter obleruat. Perspecto, cognito-  
que hoc ordine, tum a nobis, qua serie nati ex sponsa iure  
sanguinis sint exhibendi, erit differendum, et difficultas huius  
rei, quae plurimis doctorum contentionibus ansam dedit, pro  
virium nostrarum imbecillitate, minuenda et dissipanda. Ne  
omnibus hac in re displiceamus, optamus.

## §. V.

Legitimis nuptiis initis, maritus, vt caput familiae, one-  
ra matrimonii sustinet <sup>Legitimi primi a patre sunt exhibendi.</sup> eique, tam vxorem alere, quam  
toti familiae prospicere, incumbit, in procreatos ex coniugio

A 3

patriam

Iucem editus, In eum non potest vterius flagitium abortus committi.  
2) Idem, quod de Germanis, de Iudeis quoque memoriae prodidit TACI-  
TUS Histor. Lib. V. c. 5. Nam ex necare, ait, quenquam ex agnatis nefas.  
Sed quis, queso, putaret, etiam haec de abortus procuratione esse intel-  
ligenda? 3) TACITVS cit. loc. non marito dat potestatem, vxorem adul-  
teram occidendi, sed tantum domo expellendi, ac per omnem vicum ver-  
bere agendi. Nec sequentia tempora parentibus maiorem, quam verbe-  
randi potestatem inducerunt. Hinc in LL. WISIGOTHORVM Lib. IV.  
Tit. 5. §. 1. Flagellandi et corripiendi eos, quamdiu sunt in familia confi-  
xuti, tam aeo, quam aiaie, seu patri quam mari potestas manebit. Add.  
POLACK in Syst. Iurispr. Germ. antiquae L. I. cap II. §. 2.  
4) L. 46. π. Famil. hercifc. L. 56. §. 2. π. de Iur. Dot.



patriam consequitur potestatem <sup>v)</sup>, cuius mater capax non est <sup>x)</sup>, liberi ad eius, non matris, familiam pertinent <sup>y)</sup>, illiusque, et post finitam patriam potestatem, non vero huius, familiae splendorem et insignia conseruant <sup>z)</sup>, praeterea pactum cum vxore in nuptiis init, de sobole genita educanda <sup>zz)</sup>. Ideo ratio facile reddi poterit, quare Ius Romanum patri, prae reliquis, onus alendi liberos legitimos imponat <sup>a)</sup>, et stemma in primis ramum suum incultum alimentis conseruet, abs quibus placitis veteres Germani non recedunt. Etenim licet mater quemque vberibus, teste TACITO <sup>b)</sup>, alat, ipsa tamen viictum capiebat ab eo, in cuius manu s. potestate erat, et capite ac principe familie, scilicet marito <sup>c)</sup>. Ante inaugurationem militarem filii domus paternae partes extiterunt <sup>d)</sup>, et certa officia per vxorem et liberos secundum TACITVM <sup>e)</sup> fuerunt executa. Leges temporum insecurorum, vt WISIGOTHORVM <sup>f)</sup>, clare quoque euincunt, liberos in patris potestate constituisse, eoque mortuo, in matris potestate, quae, viuo patre, iuri paterno erat subordinata <sup>g)</sup>. Vsu fori etiam hodierno patrem indistincte matri aequa habili, in alendo legitimo partu egeno, praferendum esse, nec ullus serio in dubium vocavit <sup>gg)</sup>.

### §. VI.

v) §. 2. et 3. I. de Patr. Potest.

x) §. 10. I. de Adopt.

y) L. 10. pr. C. de Adopt. L. 19. π. de Statu Homin.

z) L. 13. π. de Adopt.

zz) LEYSER ad Pandect. Spec. CCCXXV. corol. 3.

a) L. 5. §. 14. L. 8. π. de agnosc. vel alend liber. L. 8. §. 5. π. de bonis, quae liber.

b) de Mor. German. cap. 20.

c) vide TACITVM de Mor. German. cap 18.

d) conf. TACITVS eod. cap. 13.

e) Eodem cap. 25.

f) LL. WISIGOTH. L. IV. Tit. 2 §. 13.

g) Plura hac de re videbis penes RICCIUM in Spicilegio Iuris Germ. Lib. I. Tit. II. §. 296. pag. 440.

gg) Conf. HORN Clasf. VII. Resp. 41. num. 5. L. MENCKEN. disp. de ali-  
mentis filiorum a patre praestandis vel non.

## §. VI.

Quodsi vero pater, aut mortuus, aut absens, nulla relin-<sup>Isto deficiente,</sup>  
 quens bonas, aut inops, matre superstite simul ac auo pater-<sup>aut inope, ab</sup>  
 no, ad exhibendum aequo apto, iam huius potiorem esse con-<sup>ano paterno, si</sup>  
 ditionem in legitimo alendo partu, si pater, aut tempore  
 mortis in patria potestate exiterit, aut adhuc in ea degat,<sup>pater tempore</sup>  
 arbitramur. Ex Latii enim iure, filii matrimonium, imo  
 eius separata instituta oeconomia, non extinguit patriam po-<sup>mortis in patria</sup>  
 testatem, sed pater ex filii sui, licet militantis <sup>potestate extitit,</sup>  
 ptiis liberos genitos aequo in iure patrio et paternis sacris re-<sup>ant adhuc sub ea</sup>  
 tinet <sup>locupletis ab hoc</sup>), omnia onera matrimonii filii sui, peculio haud in-<sup>materque aequo</sup>  
 structi, fert, eius vxorem inopem alit, et paterna affectio  
 se ad filii vxorem, siue nurum extendit <sup>officio tum liber-</sup> <sup>ratur.</sup>  
<sup>1)</sup> e contrario non  
 modo quaesita a filio, sed et nepote solus acquirit <sup>1)</sup>, nullum-  
 que emolumentum hac in specie mater consequitur. Proinde  
 intellectu est facile, cur auus paternus onus, alendi et educandi  
 nepotem, non possit subterfugere <sup>2)</sup>, imo iste matri aequo lo-  
 cupleti hac in re anteferendus. Quin et hodie, si generans  
 filius peculiarem oeconomiam haud instituerit, pro qua non  
 habentur solae filii nuptiae <sup>2)</sup>, aut alio modo ante eius mortem,  
 vel inopiam, ex patria potestate exierit, nepotes hac ratione  
 ab auo sustinendi sint, materque ab hoc onere liberanda, non  
 dubitandum <sup>3)</sup>.

## §. VII.

Nec dubia moueri, nostrisque antecedenti §. prolatis af-<sup>Dubia contra</sup>  
 fertis haec opponi queunt argumenta, quod fundamentum <sup>§. antecedentem</sup>  
<sup>proponuntur,</sup>  
<sup>sed remouentur.</sup>

ali-

- <sup>h)</sup> L. 7. C. de Patria Potest.
- <sup>i)</sup> L. 4. π. de his, qui sui vel al. iur.
- <sup>j)</sup> L. 20. §. 2. π. famil. heretice.
- <sup>k)</sup> p. I. per quas personas cuique acquirit.
- <sup>m)</sup> L. 3. §. I. L. 5. §. 2. π. de agnosc. et alend. lib.
- <sup>n)</sup> conf. CARPOV, Iurisp. For. P. II. C. X. Def. 3.
- <sup>o)</sup> Nobiscum sentit BOEHMER in Iur. Eccles. Prot. Lib. V. Tit. XVI. §.

14. et SAM. STRYCK. Disp. de Iure Auorum cap. II. num. 59. MENCKEN  
 in Pandect. Lib. XXV, Tit. III. §. 9.



alimentorum praestandorum, monente **VLPIANO** <sup>2)</sup>, non fit patria potestas, sed caritas sanguinis, mater sanguinis propinquitate et caritate propior existat ea quoque iure recentiori in successione ab intestato suo praeseratur <sup>3)</sup>, denique ex priscis moribus Germanorum, liberi, mortuo patre, in matris potestate recidunt <sup>4)</sup>, et hinc quamdiu haec superstes, tamdiu suo nulla in nepotem potestas. Siquidem **VLPIANVS** non negat, patriam potestatem fundamentum oneris alendi esse, sed hoc, non esse vnicuin, et alimenta quoque ex iure sanguinis transire, licet haec potestas iam soluta, imo ius patrium primariam causam huius obligationis in aliis **IDEA** **ICTUS** constituit legibus <sup>5)</sup>. Deinde auum non minus diligere nepotes, quam parentes primi gradus, **ICTUS CALLISTRATVS** <sup>6)</sup>, iam obseruauit hisce: uec enim dulciore nomine possimus nepotes nostros, quam filii appellare; etenim idcirco filios, filiasque concipimus atque edimus, ut ex prole eorum, earumque diuturnitatis nobis memoriam in aeuum relinquamus <sup>7)</sup>. Praeterterea in ordine alendi seruando, maxime ad aequitatem esse respi.

p) in L. 5. §. 1. π. de agnosc. et alend. lib. Sed utrum eos tantum liberos, qui sunt in potestate, cogatur quis exhibere, an vero etiam emancipatos, vel ex alia causa sui iuris constitutos, videendum est. Et magis puto, etiam si non sunt liberi in potestate, alendi a parentibus. Iung. L. 5. §. 13. π. eod. H. V. R. Praelection. Pandect. Lib. XXV. Tit. 3. §. 9.

o) NOVELLA CXVIII. cap. 2.

p) LEX WISIGOTHORVM Lib. III. Tit. I. §. 7. ita sancit: *Patre mortuo, utriusque sexus filiorum coniunctio in matris potestate conficitur*, et Lib. IV. Tit. 2. §. 13: *Patre mortuo, filii in matris potestate conficiantur*. Item LEX BVRGVNDIONVM Tit. LIX: *Si mater nubere electa confititare distulerit, filii cum omni facultate in eius salario, et potestate conficiantur*. SCHILTER ad Pandect. Exerc. XXXVII. §. 42 in fin. et not. Plura iura singularia et statutaria de iure matris in liberos exhibet RICCIUS in Spicil. Iur. Germ. L. I. Tit. II. §. 295. pag. 432. seqq. Add. NIC. CHR. LYNCKER Disp. de matris potestate in liberos. §. 13.

q) confer. L. 3. §. 2. 5. et 6. π. de agnosc. et alend. lib.

r) L. 220. π. de Verb. Signif.

s) Add. L. 7. C. de Curator. Furios.

respiciendum, cum ex hac iste descendat, vult VLPIANVS<sup>a)</sup>). Quid nunc aequius, ut auus paternus commoda ex patria potestate percipiens et ferat incommodum alendi<sup>b)</sup>). Tum IVSTINIANVS<sup>c)</sup> causam alendi non in hereditatis successione pri-mario constituit, sed in natura et in legum hac de re iam latarum prouisione, et si ordo successionis praestantissimum alimentorum sit fundamentum, et patrius, et reliqui collaterales remotiores, imo collegia, quae ab intestato succedunt, ad ea priuatim praestanda obstringerentur, quae vero a LYN-CER<sup>d)</sup> LEYSERO<sup>e)</sup> aliquis merito negantur. Tandem, quod attinet potestatem maternam ex moribus quibusdam Germanorum priscis introductam, satis constat ex TACITO<sup>f)</sup>, li-beros iustae aetatis masculos paternis solenni illico exiisse mo-dio penatibus. Nec non asserendum, LL. WISICOTHORVM, BVRGVNDIONVM etc. sublit. p. adductas haud disponere de pa-tre generante in patria potestate adhuc constituto. Insuper ex iure SAXONICO antiquo<sup>g)</sup> statuendum, viduam in ipsa tu-tela vixisse, et defuncti filiorum, filiarumque tutelam fratri, vel proximo paterni generis suisse deputatam. Si forte sequio-ribus quoque temporibus ex potestatis cuiusdam figmento ma-tri v夫sfructus bonorum liberorum nondum separatorum fue-rit concessus<sup>h)</sup>, electoralibus tamen legibus Saxonici per CONST. EL. X. Part. II. et DECIS. EL. LXII. matris potestas

cum

<sup>a)</sup> L. 8. §. 2. π. de agnosc. et alend. lib.<sup>b)</sup> arg. L. 10. π. de Regul. Iur.<sup>c)</sup> L. 8. §. 5. C. de bonis quae liber.<sup>d)</sup> in Relpon. 156. Vol. II.<sup>e)</sup> ad Pandect. Spec. CCCXXV. corol. 2.<sup>f)</sup> de Morib. Germ. cap. 13.<sup>g)</sup> LEX SAX. Tit. VII. §. 2. et 7. ibidemque GAERTNER.<sup>h)</sup> Ius Prout. Sax. L. I. Art. II. et 13. HEINECCIVS in Elem. Iur. Germ. Lib. I. §. 139. et in Disp. de V夫sfructu materno Iur. German. in primis Hamburg. RICCIVS in Spicil. Iur. Germ. Lib. I. Tit. II. §. 304. pag. 455. seqq.

\* \* \*

cum eius ususfructu in exilium est acta, et sancta Romana de patris, auique potestate sunt comprobata<sup>c)</sup>.

### §. VIII.

*Quando mater  
preferenda uno  
paterno De re-  
ligio ordine, le-  
gitimos alendi,  
ascendentibus fe-  
cundis, vel vole-  
tiuum gradum  
in linea paterna  
et materna, ino-  
fratribus praes-  
cripto. An hoc  
officium ad alias  
ex iure sanguini-  
nis transcar-*

Potestate patria aui, reliquorumque ascendentium paternorum cessante, aut existente quidem, sed ipsis egenis, officiis ordinis, legitimos alendi ad matrem, quae charitate sanguinis proprius liberos ex se genitos attingit<sup>d)</sup>, ea vero deficiente, vel in exteriorum gradum habendo non sufficiente, secundum proximitatem, ad ascendentes lineae paternae, cum liberi legitimis horum familiam conferuent, et alimentorum suppeditatio potius sit paternae, quam maternae lineae onus<sup>e)</sup>, si vero ab iis adimpleri nequit, ad ascendentibus lineae maternae<sup>f)</sup> demum transmittitur. Quibus omnibus deficientibus, iure sanguinis ad alimenta praestanda, ex legis necessitate, obligati habentur collaterales in primo gradu, fratres et forores<sup>g)</sup>, et quanquam negari non possit in L. 13. §. 2. π. de administr. tut. L. 1. §. 2. π. de tutel. et rat. distrah. et L. 4. in fin. π. vbi pupillus educ. deb. fororis mentionem tantum fieri, certe tamen, an ideo frater inops ab hoc beneficio excludi possit, si foror sit locuples, ob partatem

<sup>c)</sup> Ita quoque in ORDINAT. POLIT. MAGDEB. cap. XLII. §. 3. matri ususfructus denegatur, et ad rationes reddendas de fructibus perceptis aequa obligatur. Add. PETR. de LUDWIG in Disp. de Differ. Iur. Rom. et Germ. in Fructuum attributione tutelas fructuariae. IO. FR. POLAC. Progr. de Iure Patriae Potest. quo vtimur, cum principiis legum germanicarum male cohaerente.

<sup>d)</sup> L. II. C. de Negot. Gest. L. 5. §. 2. et 14. π. de agnosc. et alend. lib. WERNHER. Part. I. Obs. 134. BOEHMER. Iur. Ecclesi. Prot. Lib. V. Tit. 16. §. 14. CAR. GOTTL. KNORR. Disp. de alimentis a matre liberis praestandis cap. II. §. IO.

<sup>e)</sup> L. 8. π. de agnosc. et alend. liber. SAM. STRYCK. Disp. de iure Auorum cap. II. §. 47.

<sup>f)</sup> L. 5. §. 5. π. eod. MENCKEN. in Pandect. Lib. XXV. Tit. 3. §. 9.

<sup>g)</sup> VID. LEYSER. ad Pandect. Spec. CCCXXV. med. 2. Dissentire videtur MUEHR. Praelect. Pandect. Lib. XXV. Tit. 3. §. 8.

tatem cause, et naturalis rationis indolem, dubitamus. Vnius enim positionem, alterius non esse exclusionem, iuris est certissimi, nec mirum, sororis mentionem in his legibus fieri, cum facilius species obuenire possit, qua soror egeat, quam ut frater inops a sorore diuite alimenta exigere queat. Si vero plures fratres concurrunt inter se aequali sanguinis vinculo iuncti, eos communiter obligatos putamus. Quodsi autem consanguinei et vterini cum germanis concurrunt, hos ceteris praeserendos, eosque sibi inuicem, exclusis reliquis, ob arctius et duplex sanguinis vinculum teneri <sup>i)</sup>, aequitati et rationi consentaneum ducendum. Ultra hos gradus obligatio, alimenta priuata ex Iure Sanguinis praebendi, cum leges deficiant <sup>i)</sup>, non extenditur. Hinc patruus, ut egenos fratris liberos alat, cogi nequit <sup>ii)</sup>, et in vitrico, qui priuignos inopes aluit, animus donandi non praesumitur <sup>iii)</sup>. Cum vero ciuitati et Reipublicae admodum interficit, ne ciues, inopia laborantes, alimentis destituantur, publica iis a magistratu et Principe <sup>kk)</sup>, sunt decernenda.

### §. IX.

Quantum vero leges Romanae et Germanicae fauent his, qui ex iustis nuptiis sunt nati, quantum curant, vt ipfis

B 2

Liberi illegiti-  
mi et Iur. Rom.  
et Germ. magis  
matris, quam  
ali patris iuribus  
vtuntur.

<sup>i)</sup> NOVEL. LXXXIV. cap. I. Add. SAM. STRYCK. Disp. de potioribus fratrum iuribus, et de Act. Forensibus Seet. I. membr. 2. §. 22. existimans, hanc fratrum obligationem ad alimenta naturalia s. necessaria restrigendam, nec rationem adesse, vt ex dignitate fratrum vivatur, hinc fratrem fratri ad sumptus studiorum suppeditandos non obstringi.

<sup>ii)</sup> conf. LEYSER ad Pandect. Spec. CCCXXV. corol. 2.

<sup>iii)</sup> LYNCKER Vol. II. Resp. 156.

<sup>k)</sup> LEYSER ad Pandect. Spec. LV. med. 9.

<sup>kk)</sup> LEYSER ad Pandect. Spec. CCCXXIV. med. 3. seq. De cura pauperum vide HEVMANNI Initia Iuris Politiae Germanorum cap. 23. In SAX. MANDAT. EL. Wegen Versorgung derer Armen und Abstellung des Bettelwesens. dd. II. April. 1772.

alimenta pro dignitate ab utrisque parentibus, eorumque ascendentibus et collateralibus suo ordine praestentur, tanto odio utrumque ius persequitur eos, qui ex illicita venere, et complexibus damnatis sunt procreati, tanto magis iuribus paternis, autisque indignos censet, eosque sorte ac conditione matris, eiusque ascendientium et cognatorum contentos vivere cogit. Et quamvis numerus illegitimorum ac extra matrimonium natorum initio apud priscos Germanos forte esset exiguis<sup>1)</sup>, cum autore TACITO<sup>2)</sup>, seuera ibi matrimonia; mulieres septa pudicitia egerint, nullis spectaculorum illecebribus, nullis conuiuiorum irritationibus corruptae, et paucissima in tam numerosa gente adulteria, procedente tamen tempore, ex quo frequentior cum Romanis intercedebat consuetudo, tam Principes<sup>3)</sup>, quam priuatos eximia castitate adhuc mirandos haud fuisse, exinde apparet, cum liberos recens natos in Rhenum, fluminaque, explorandorum natalium causa, immersissent<sup>4)</sup>, ut cognoscerent, natarente, an mergerentur, hinc impurae originis, illinc honestorum natalium argumentum petituri, deinde priuatorum illegitimi partus infames et seruilis conditionis habiti, nec patris<sup>5)</sup>, sed tantum

<sup>1)</sup> TRESENREVTER in Antiquit. German. Lib. III. cap. 5. §. 2.

<sup>2)</sup> de Moribus Germ. c. 18. et HEINECC. Elem. Iur. Germ. Lib. I. §. 146.

<sup>3)</sup> HEINECC. Elem. Iur. Germ. Lib. I. §. 147. PETR. IAC. BREITHAVPT. Disp. de iure bastardorum. SAM. STYCK. Disp. de liberis naturalibus regum ac principum.

<sup>4)</sup> Quem morem nonnullorum Germanorum in ipso vitae limine infantulos ad flumina, vel fontes deferendi, ibique abluciendi, duritie et frigoribus assuescendi gratia, initio introducum, seculo vero quarto Christiano, superstitione impellente, explorandorum natalium ergo, ut vxores Rheno, tanquam impuri leeti vindice, territe, eo curatus thorum conferuent intemeratum, conferatum fuisse, edocet RICCIUS in Spicil. Iur. Germ. L. I. Tit. II. §. 295. pag. 437 seqq.

<sup>5)</sup> LEX SALICA Tit. XIV. §. 12. ibidemque ECCARD. pag. 200. IUS PROV. SAX. L. I. art. 37. IUS FEVD. SAX. cap. 2.

tum matri<sup>2)</sup> essent heredes. Romani, aequo pio castitatis studio inducti, ex illico concubitu procreatios nec in patriam potestatem constituerunt<sup>3)</sup>, nec iis ius patri, eiusque ascendentibus succedendi ab intestato concesserunt<sup>4)</sup>. Quidquid ius, alimenta ab iis exigendi, denegarunt. Nostrum est, ut hoc paulo latius expendamus, quo ordinem, ipsaque discrimina in alendis illegitimis, pro diuersitate iurium, diuidare queamus.

### §. X.

Quamvis liberorum naturalium ex concubinā nato rum, ceterorum illegitimorum et ante Iustinianum et ipso eius aevo longe fauorabilior esset conditio, vt non modo ab omni leuis notac macula vacui ad maximos aliquando honores adspirarent<sup>5)</sup>, et certa ad patris successionem ab intestato ex functione IUSTINIANI admitterentur ratione, sed et alimenta ex eius bonis, secundum modum facultatum, boni viri arbitratu, caperent<sup>6)</sup>, nihil tamen secius IDEM IMPERATOR nepotes naturales tam a iure in aui et proau hereditate ab intestato succedendi<sup>7)</sup>, quam alimenta ab iis exigendi<sup>8)</sup>, penitus exclusit. Cum quoque temporibus Imp.

B 3

LEO-

Naturales olim  
quidem a patre,  
sed non ab auo  
paterno alendi.  
Iure hodierno  
extinxit iuribus  
ex stupro nato-  
rum.

q) Hinc paroemia: *Keine Mutter trägt einen Bastard.* EISENHART. in Sprüchwörz. Seft. II Par. 4.

r) vid. §. 12. I. de Nuptiis.

s) conf. L. 19. et 24. π. de Statu Hom. §. 3. I. ad SClum Orphit. L. I. §. 2. π. ad SClum Terull.

t) Qua de re eleganter differit HEINECCIVS in Commentar. ad Leg. Iuliam et Papiaem Poppaeam Lib. II. cap. IV. ad cap. 4. pag. 169. seqq.

u) Vid. NOVELL. LXXXIX. cap. 12. §. 4. et 6. junct. AVTH. Licet C. de Natural. liber.

v) L. 12. C. de Natural. liber.

w) NOVELLA LXXXIX. cap. 12. §. 6. fin. verb: *De Nepotibus enim naturalibus, quae iam a nobis specialiter etiam de ipsis disposita sunt, obseruantur.*



LEONIS <sup>a)</sup> concubinatus, qui temporibus IVSTINIANI <sup>b)</sup> adhuc licita consuetudo erat, esset sublatuſ, et LEGES IMPERII <sup>c)</sup> et SAXONIAE <sup>d)</sup> concubinam in contubernio habere non permittant, vſus fori his liberis priuilegia Iure Rom. naturalibus concessa plane denegat, eosque in ordinem ex stupro natorum <sup>e)</sup> refert, vt hinc et ratione alimentorum eorum iuribus vtantur <sup>f)</sup>.

### §. XI.

*Quo ordine ex stupro, aut metrifice nat, incestuſ et adulterini Iure Rom. utendi.*

Quod attinet reliquos iniuste, vt ex stupro <sup>g)</sup>, aut a meretrici natos, eorum patrem, licet vel maxime certus sit, iura fini-  
gunt incertum <sup>h)</sup>, eosque, vt vulgo quaeſitos, matrem sequi <sup>i)</sup>, partem familiae materna constitue <sup>k)</sup>, et cum ea recipro-  
co frui iure ſucceſſionis diſponunt <sup>l)</sup>. Hinc et Quirites pa-  
trem

neant. Specialem vero hanc diſpositionem reperimus in adducta L. 12.  
C. de Natural. liber.

g) Conf. NOVELL. LEON. XCII.

z) L. 5. C. ad SCtum Orſitian. Add. L. 144. π. de Verb. Signif.

a) RECESSVS IMPER. de an. 1530. Tit. 33. Item de an. 1577. Tit. 26.  
*von leichtfertiger Beizwohnung.*

b) ORDINAT. PROVINC. de an. 1550. Tit. *von verdächtigen und leicht-*  
*fertigen Weibspersonen.*

c) MEVIVS ad Ius Lubec. L. I. Tit. II. Art. 9. n. 21. CHR. THOMAS. Disp.  
de Concubinatu. GOD. LVD. MENCKEN. in Disp. I. de auo paterno ad ali-  
menta nepoti illegitimo praestanda non obligato. §. 2.

d) Naturales hodie patri ab intestato non succedere, testatur ILL. HOMMEL.  
Rhapf. Iur. Obs. 89. et ILL. WINCKLER. ad BERGERI Oec. Iur.  
pag. 328.

e) Stuprum simplex ad damnatos congressus relatum et Lege Iulia de adul-  
teriis coercitum fuisse, patet ex §. 4. I. de iudic. publ.

ee) L. 19. et 23. π. de Statu Hom. I. P. A LVDWIG Disp. diff. I. R. et G. in  
stupro sub matrimonii spe. diff. 3.

f) L. 4. §. 3. L. 5. π. de in ius vocand.

g) Arg. L. 29. §. I. π. de inoffic. testam.

h) L. I. §. 2. π. ad SCtum Tertull. MENCKEN. π. Tit. de Success. ab in-  
test. §. 8. et 14.

trem, eiusque ascendentes ab eorum agnitione, et onere alieni plane immunes pronunciasse, e contrario matri, eiusque ascendentibus et veterinis fratribus alimonias imposuisse, ex VLPIANI<sup>i)</sup> dictis: *Ergo et matrem cogenus, praesertim vulgo quaesitos, item: Diuus Pius significat, quasi annus quoque maternus alere compellatur; Idem rescripsit, ut filiam suam pater exhibeat, si constiterit apud iudicium, IVSTE eam procreatam, colligunt interpres<sup>k)</sup>* Quam lineae paternae immunitatem ab alimentis praebendis IUSTINIANVM ad adulterinos et incestuosos partus extendisse, sanctiones NOVELLARVM LXXXIX. cap. 15 omnis, qui ex complexibus (non enim hoc vocamus nuptias) aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alienus est a parentibus<sup>l)</sup>, neque habebit quoddam ad praesentem legem participium, satis euincunt.

### §. XII.

Num vero haec omnia de exhibitione prolis illegitimae per IUS CANONICVM et cap V. X. de eo, qui duxit in matr. in quo Papa CLEMENS III. rescribit et constituit, ut coniuges, quae ante matrimonium initum in adulterio vixerant, iterum

*An Ius Canonici  
cum ab eo ordi-  
ne discedat.*

i) in L. 5. §. 4. 5. 6. π. de agnoscend. vel alien lib.

k) GOD. LVD. MENKEN. Disp. I. de auo paterno ad alimenta nepoti illegitimo praestanda non obligato §. 9. seqq.

l) Quod hic sub appellatione parentum, non veniat linea ascendens materna, sed tantum paterna, sicut contextus et fere omnia capita totius Novelle citatae id ostendunt, ita IRNERIVS, vel qui alias haec verba de patre recte accipit in AVTH. Ex complexu nefario C. de incestis et inutilibus nupt. in his: *ut nec alantur a patre.* Iam quoque in iuris aliis Doctrinis sub parentibus venit tantum pater et ascendens paternus, sic in Rubr. Tit. Inst. de leg. Parentum tut. et L. 5. pr. et §. I. π. de luxe Dot. Add. e. L. MENCKEN. cit Disp. §. 19. seq.



iterum separantur, licet iam decennio cohabitauerint, et decem filios suscepint, cum multiplicitas sobolis ita susceptae magis eorum crimen exaggeret, et diurnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet, additis nunc his verbis: *Solicitudinis tamen tuae intererit, ut eterque liberis suis, secundum quod eis suppetunt, facultates, necessaria subministret*, sint mutata, anceps est quaestio. GOD. LVD. MENCKEN. in Disp. II. de auro paterno ad alimenta nepoti illegitimo praestanda non obligato cap. I. §. 19. seqq. existimat, hos decem liberos a pristinis adulteris post contractum matrimonium esse natos, adeoque eos non illegitimos esse, et, dum ipsis alimenta adsignantur, nihil, quod iuri civili contrarietur, hoc capite statutum esse. At enim vero cum in textu laudato multiplicitate prolixi ita susceptae, eorum crimen auctum esse dicatur, et admodum probabilitati aduersetur, adulterum diu, nullis productis liberis, cum femina cohabitasse, ac eos deinde tanta copia nempe intra decem annos, decem liberos esse natos, rectius contra istum cum BOEHMERO<sup>m)</sup>) argumentari licet, inter eos adulterinos fuisse, quibus hic alimenta decernuntur. Et quamquam RICHTER<sup>n)</sup>, LYNCKIVS<sup>o)</sup> aliquie in ea sunt sententia, casum plane singularem in dicto cap. latitare, huncque ultra eius limitem non esse tradendum, usum tamen fori, argumento huius sanctionis canonicae et ob aequitatem naturalem, et patri et matri obligacionem, adulterinos, et ob textum cap. 15. X. qui filii sunt legit. quoque incestuosos sustentandi, imposuisse<sup>p)</sup>, idque ob maiorem

<sup>m)</sup> in Iure Eccles. Protest. Lib. IV. Tit. 7. §. 9.

<sup>n)</sup> ad Auth. Ex complexu C. de incest. nupt. c. G. KNORR. Disp. de alimentis a matre liberis praestandis. cap. II. §. 8.

<sup>o)</sup> in Comment. ad cit. cap. V. X. de eo, qui duxit in matr.

<sup>p)</sup> Vid. STRYCK. Vslu Mod. Pand. Lib. XXV. Tit. 3. §. 6. LAVTERBACH. Coll. Pand. Lib. XXV. Tit. II. §. 16. MENCK. in Pand. Lib. XXV. Tit. 3. §. 8.

iorem iuris rationem ad eos, qui ex stupro sunt procreati, et quorum pater naturaliter certus, dilatasse, iuris est certissimi.

### §. XIII.

Complura adiunt iura provincialia germanica, statuta et *Iura provincialia Germ patri, si certus est, illegitimos alendis officium iniungunt.* consuetudinaria, quae patri, s. certus est, prolis extra matrimonium natae exhibitionem disertis iniungunt verbis. In Saxonia de partu ex stupro nato exstat CONST. EL. XXVII. <sup>gunt.</sup>

Part. IV. verb. und da sie von ihm Leibesfrucht hat, er die-selbe auf gerichtliche Ermässigung alimentiren soll, MANDAT. d. d. 30. Sept. 1609. <sup>2)</sup> verb. auch die von ihm erfolgte Leibesfrucht mit Unterhalt versorgen. Quod iisdem verbis repetitum in ORD. MATRIMONIALI, de an. 1624. Punct. IV. verb. Da auch <sup>1)</sup>), et si stuprator fugitiuus, partus ob alimenta in eius bona est immittendus et ex his alendum ob RESCRIP<sup>T</sup> d. 22. Febr. 1632. <sup>2)</sup> hancque obligationem, cum ex lege sit, ad heredes stupratoris non inopis transire <sup>3)</sup>), statuant, licet hoc Iure Sax. ob DECIS. REG. XXVIII. de an. 1748. cum aliis ascendentibus aequae habiles supersint, negandum sit. Interim tamen, cum bona patris ad alendos simil liberos legitimos et illegitimos non sufficiunt, illos praferendos esse,

quippe

*Orauli*

§. 8. BERGER in Oec. Iur. L. I. Tit. III. Th. 15. n<sup>o</sup> 7. HORN. Class. III. Refp. 13. n. 10. seq. Add. I. H. FELTZ Disp. de alimentatione partus incestuosi. ERN. TENZEL Disp. de alimentis partui adulterino et incestuoso praestandis.

1) in CORP. IVR. SAX. ECCLES. pag. 601.

2) CORP. IVR. SAX. ECCLES. p. 623.

3) CORP. IVR. SAX. ECCLES. pag. 630. seq.

2) BOEHMER Iur Eccles. Protest. Lib. V. Tit. 16. § 14.

C



quippe istis patrem non ex lege saltem, sed ex pacto cum ma-  
tre in nuptiis inito, ad hoc obligari, censet L E Y S E R.<sup>a)</sup>  
Patris obligatio ad agnoscendos illegitimos apparer quoque  
EX ORDINAT. POLIT. MAGDEBURG. cap. LXIX. §. I. OR-  
DINAT. POLIT. SCHWARZBURG. REN. de an. 1650. Tit. IV.  
§. 2. ORDINAT. PROVINC. HENNEBERG. Lib. III. Tit. I.  
§. 14. <sup>b)</sup> pluribusque aliis.

#### §. XIV.

*De ordine ille-  
gitimos alendi  
reliquis aſcu-  
dentiibus et fra-  
triis affigato.* Patre vero deficiente, cum mortuus, vel inops sit, quis  
nunc ordinem in alendo illegitimo suscipiat, acriter inter-  
Pragmaticos disceptatur, maxima eorum turba, auum pater-  
num ad id obligari, autumant, immo istum tam matri, quam  
auo materno aequo locupleti praferunt<sup>c)</sup>, sed ubique ex iuris  
Rom. rationibus, quac magis ad liberos legitimos, quam ille-  
gitimos quadrant. Cum vero iam Iur. Romano nepotes natu-  
rales ab auo haud sint agnoscendi<sup>d)</sup> et ex filio iniuste editi  
nec in aui potestate, nec familia sint, nec vlla caritate sanguini-  
nis digni, dedecori potius auo habendi, nec aequitas permit-  
tat, vt pater ex filii sui delicto sc. stupro incommodum sentiat,  
et in alendo partu grauius coerceatur, quam mater diues  
stupro

<sup>a)</sup> ad Pandect. Spec. CCCXXV. corol. 2.

<sup>b)</sup> Conf. PETER A LYDWIG. in Disp. de Differ. Iur. Rom. et Germ. in  
Stupro sub matrimonii spe. diff. III. \*\*\*.

<sup>c)</sup> Huc pertinet CARPZOV. in Iurispr. Conſtit. Lib. II. Def. 243. n. 8.  
ſeqq. ibidemque BEYER, STRYCK ad BRVNNEMANN. Ius Ecclef. Lib. II.  
c. 18. §. 28. LAVTERBACH. Coll. Pand. Lib. XXV. Tit. 3. §. 13. MEN-  
CKEN. Pand. Lib. XXV. Tit. 3. §. 9.

<sup>d)</sup> NOVEL. LXXXIX. cap. 12. §. 6. in fin. iunct. L. 12. C. de Natural. lib.  
Add. antec. §. X. huj. Disp.

stupro maculata, ex suo delicto nullo sauro digna, et partui sanguine propior, nec non ut nocentis bona conseruentur, innocentis vero diminuantur, communi opinioni iam a G. L. MENCKE-NIO <sup>a</sup>), WERNHERO <sup>a</sup>), BOEHMERO <sup>b</sup>), aliisque repudium datum, et mater diues in alendo partu auo paterno potior reputata, hac mortua, aut non idonea, utrique auo paterno et materno hoc officium aequali iure commiserunt. Quorum sententiam pro parte tantum confirmavit et ordinem, extra matrimonium natos alendi, summus Legislator Sax. in DECIS. REG. XXIX. de an. 1746. his constituit verbis: *Ob wohl ein Vater seine außer Ehe erzeugte Kinder zu ernähren, sich nicht entbrechen mag; so soll doch in Zukunft, wenn der Vater verstorben, oder dergleichen unehlichen Kindern die nötige Alimentation nicht reichen kann, die Mutter, dieselben aus ihren eigenen Mitteln zu erziehen, schuldig seyn, daferne aber auch diese nicht vorhanden, oder hierzu unvermögend, die Grosseltern mütterlicher Seiten, und in deren Ermangelung, allererst die Grosseltern väterlicher Linie darzu angehalten werden.* Cum igitur linea ascendens materna, prius paterna ad alimenta exhibenda sit obstricta, analogiae conueniens est, vt in defectu omnium ascendentium, frater vterius haec in re potior sit consanguineo.

### §. XV.

Quo ordine vero nati ex sponsa alantur? Nos in prae-  
senti non differimus de iis, qui quidem ex sponsa sunt editi, <sup>De conenbitu  
defensorum, et notis ex</sup>  
C 2 <sup>quo.</sup>

<sup>a</sup>) in binis Disp. de Auo paterno ad alimenta nepoti illegitimo praestanda non obligato. Lips. 1712. seq.

<sup>a</sup>) in Select. Obs. Part. I. Obs. 134.

<sup>b</sup>) in Iur. Ecclef. Protest. Lib. V. Tit. 16. §. 14.



quorum vero pater est extraneus, et non matris sponsae sponsus. Quem ad modum eiusmodi concubentes quasi adulterium perpetrarunt, quod tam ex Rescriptis SEVERI et ANTONINI Imperatoribus <sup>c)</sup>, quam ex ORDINAT. SAXON. MATRIMONIALI de an. 1624. Punct. IV. <sup>d)</sup> verb. *Würde auch jemand eines andern Brant, ehe denn der Bräutigam beygelegen, wissentlich beschaffen; So sollen beyde Personen zur Staupen geschlagen, und des Landes ewig verwiesen werden; Es wolte denn der Bräutigam die Braut wiederum annehmen, auf solchen Fall sollen sie mit Gefängniß gestraft, und der Brautschänder nichts minders mit Staupenschlägen des Landes ewig verwiesen werden, grauiter coerebitum*<sup>e)</sup>. ita et liberi, adulterinis sunt annumerandi, et secundum feriem illegitimorum perunt alimenta. Sed quæstio hic mouetur de his, quos sponsus cum sua sposa ex anticipato concubitu procreauit, nuptiis post ea securis, vel non. Quin despontati concubentes deliquerint, et hinc arbitrarie puniendi sint, haud dubitandum, cum hac de re ORDINAT. SAX. MATRIMONIALIS loc. cit. ita disponit: *Wo zwö verlobte Personen vor dem öffentlichen Zusammengeben und Trauen sich mit einander fleischlich einlassen; So soll die Weibs Person, wenn gleich keine Schwangerung daraus erfolget, mit verdecktem Haupt* <sup>f)</sup>, *und ohne Spiel zur Kirchen gehen, und sie beyderseits*

c) L. 13. §. 3. n. ad L. Iul. de adulter. coere.

d) In CORPOR. IVR. SAX. ECCLES. pag. 621.

e) BERGERI Elecī. Jurispr. Crim. Membr. IV. §. 1. n. 6. pag. 133. add. FR. PHILIPPI Disp. de adulterio despontatorum.

f) Hinc virgo die nuptiali ferto virginali haud incedat, cum sit signum virginitatis externum, corpus haud violatum esse, indicans. Vid. I. n. MEIER. Disp. de Serto Virginum. s. F. WILLEMBERG. Exercit. de Abusu Serti Virginalis.

derselben mit zeitlichem Gefängniß willkührlich gestrafet werden. Gleichgestalt sollen auch die, so sich fleischlich vermischen, ihre Unzucht, aber erst nach gehaltenen Kirchgang kundbar wird, mit willkührlichen Gefängniß gestraffet werden<sup>g</sup>). Cum qua et conuenit DECIS. ELECT. XLIX. de an. 1661. An vero liberi ex his consponsis ante benedictionem sacerdotalem in lucem producti<sup>h</sup>) ex delicto parentum incommodum sentiant, vel non, et hinc in exigendis alimonii ordinem legitimorum, aut illegitimorum sequantur, a nobis adhuc est enucleandum.

### §. XVI.

Decisionem quaestioneis propositae valde reddit recentiori acuo ambiguam IO. FR. EISENHART. in Disp. de *Nato ex sponsa*<sup>i</sup>), qui istum legitimum, contra AVG. RVD. BÜ. NEMANN. in Disp. de *sponsae partu spurio*<sup>k</sup>), eundem illegitimum declarat. Posteriorem vero scriptum prioris haud inspexisse, nec de eo notitiam habuisse, ex collatione vtriusque constat. Nec illius, nec huius sententiam omni ex parte sequimur, sed ex prae gustatis, thalami gaudiis natos mox ordinis legitimorum, mox illegitimorum annumerandos esse, iura

C 3

san-

*Nati ex sponsa, nuptiis postea secutis, ut liberi legitimi exhibentur.*

g) Poena anticipati concubitus plerumque est carcer trium dierum, vid BERGER. in Oec. Iur. Lib. I. Tit. III. Th. 8. ILL. HOMMELII. Teutsch. Flau. sub voc. Braut. Sed Dicaster. Vitembergensia merito in pronuntiando omittunt verba; dem halilgen Ehestand zu Ehren. Haec poena quoque a seculari iudice, qui bassem habet iurisdictionem, dictari potest ex RE-SCRIPT. SAX. dd. L Sept. 1745. C. C. A. Tom. I. p. 346.

h) Conceptionis enim tempus hic non attenditur, sed Natuitatis. L. II. C. de Natur. lib.

i) Habit. Helmstadii an. 1750.

k) Habit. Gottingae an. 1753.



sanciunt, et hac ratione alimenta quoque ordinanda arbitramur. Etenim complures DD. ex sponsalibus clandestinis editos, nuptiis iustis paulo post secutis, cum matrimonium fictione iuris retrotrahatur ad tempus concubitus, legitimis, alii vero fortiori iure et maxime Saxonico<sup>1)</sup> legitimatis accensent. Interim tamen, sicut hos a legitimis nihil differre voluit IVSTINIANVS<sup>2)</sup>), et paria iura cum liberis, quae ab initio legitimis sunt, etiam ratione successionis<sup>3)</sup> tribuit, ita et ordinem legitimorum, in petendis iure sanguinis alimentis, ex omnium consensu intrant ex sponsalibus clandestinis, et ob maiorem rationem<sup>4)</sup> ex publicis procreati, matrimonio legitime deinde consummato.

### §. XVII.

*Nuptiis vero non secutis quidam iuris interpres eos illegitimerunt, alii vero legitimorum ordinum numerant.*

Maior vero subnascitur dubitatio, si connubium inter despontatos concubentes postea non accessit, sed unus, vel pretes eos illegitimerunt, alter eorum aut mortuus, aut ob infecatum voluptatis cognitae fastidium ausigit, aut ob odium vatiniandum et inimicitiam irreconciliabilem sponsalia dissoluuntur<sup>5)</sup>, an proles ex sponsis suscepta legitima sit, vel non. Cum ius CANONICVM<sup>6)</sup>, IMPERII GERMANICVM<sup>7)</sup> et SAXONICVM<sup>8)</sup> ad for-

1) Arg. DECIS. ELECT. XLIX.

2) NOVEL. LXXXIX. cap. 9.

3) NOVEL. eadem cap. 8.

4) OB DECIS. SAX. ELECT. XLIX.

5) Exemplum vide penes WERNHER. Part. III. Obs. 41.

6) Can. 1. 2. 3. 4. et 5. Cauf. XXX. Qu. 5. cap. 3. X. de Cland. Despons. add. CONCIL. TRIDENT. Sess. 24. cap. I. NOVEL. LEONIS 89.

7) REFORMAT. POLIT. IMPER. de an. 1530. tit. 33. von leichfertiger Btywohnung.

formam iusti matrimonii, praeter consensum desponsatorum matrimoniale, adhuc benedictionem sacerdotalem desideret, et absque hoc essentiali non existent nuptiae, nec effectus legitimi matrimonii ciuiles, tam ratione desponsatorum, quam ab iis natorum, deducendi, istam pro illegitima declarant SCHILTER<sup>1)</sup>, ZIEGLER<sup>2)</sup>, BOEHMER<sup>3)</sup>, BÜNEMANN<sup>4)</sup>, et alii. In contrariam vero partem ex his maxime rationibus, quod in adductis legibus ad cohabitationem desponsatorum connubialem quidem copula sacerdotalis necessario requiratur, et absque ea, nec desponsati, coniuges appellantur, nec sibi inuicem tanquam coniuges praesertim ex statuto succedant, nec ceteris coniugum iuribus fruantur, sed partui ex sponsanato defectus huius copulae sacerdotalis non noceat, et haec ad effectum legitimorum natalium neutiquam exigatur, nec non ius Romanum<sup>5)</sup> et Canonicum<sup>6)</sup> liberos ex solis sponsalibus natos, et si solennia nuptialia non acceperint, legitimos esse iubeat, praeterea ex concubitu anticipato nato culpa parentum impunis.

1) ORD. ECCLES. SAX. Art. General. XIII. et ORD. MATRIM. de an. 1624. Punct. V. CONST. EL. SAX.. 24. Part. II. Iung. CARPZOV. in Iuripr. Confist. Lib. II. Def. 142.

2) Ad Pand. Exercit. XXXVI. §. 60.

3) Ad LANCELOT. Inst. Iur. Can. Lib. II. Tit. IO. n. 17.

4) In Iur. Ecclef. Protest. Lib. IV. Tit 3. §. 50. et in Instit. Iur. Can. Lib. IV. Tit. III. §. 7.

5) In eis. Disp. de Sponsae parti spurio.

6) L. 22. C. de Nupt. verb: *Si donatio ante Nuptias, vel dotis instrumen- ta defuerint, pompa etiam, aliqua nupiarum celebritas omittatur, nullus exigitur ob id deesse recte alias iniuste matrimonio firmitatem, VEL EX EO NATIS LIBERIS IURA POSSE LEGITIMORVM AVFERRI, inter pares honestate personas nulla legi impedito confortium, quod ipsorum, consensu atque amicorum fide firmatur.* Add. L. 38. n. de Reg. Iur.

z) Cap. 12. X. qui filii sint legit.

❖ ❖ ❖

imputari nequeat, casus potius impedimento sit, quo minus ex matrimonio per benedictionem sacerdotalem consummato nasci potuerit, transiunt, eandemque legitimam appellant RICHTER<sup>a</sup>), STRYCK<sup>b</sup>) STRUV<sup>c</sup>) HUBER<sup>d</sup>), BRUCKNER<sup>e</sup>) F. C. HARPRECHT<sup>f</sup>) BERGER<sup>g</sup>) LEYSER<sup>h</sup>) G. L. BOEMER<sup>i</sup>), EISENHART<sup>k</sup>), pluresque alii.

### §. XVIII.

*In Saxonia  
nati ex sponsa-  
libus publicis et tentias pro parte comprobauit in Saxonia Diuus G. E. O. R. G. I. V. II.  
alias in his pro-  
batis secundum  
ordinem legiti-  
morum, ex clande-  
stiniis vero,  
aut alia ratione  
vitiosis, illegiti-  
morum sunt fa-*

Mediam viam ingressus est, et aientium et negantium sen-  
tentiis pro parte constituen*s*, ut ex publicis et alias iure legitimis sponsalibus  
nati pro legitimis, e contrario ex clandestinis, aut aliovitio in-  
destituti, trinsecu laborantibus sponsalibus suscepti pro illegitimis libe-  
ris habeantur, in DECIS. Elect. XLIX.<sup>l</sup>) hisce: ordnen wir,  
daß hinführō in diesem Fall unter dem öffentlichen und  
heimlichen Zusagen und Verlöbnissen ein Unterscheid ge-  
halten werden soll, und zwar dergestalt, da jene oder die  
öffent-

a) In Decis. 133.

b) Ad BRYNNEM. Ius Eccles. Lib. II. cap. 16. §. 6. et in Tr. de Success. ab intest. Disp. I. c. 2. th. 49.

c) Synt. Iur. Civil. Ex. XXIX. §. 26.

d) In Digress. Iur. Lib. II. c. 7. et 9.

e) In Decis. Matrim. cap. II. n. 7.

f) In Disp. de Iure liberorum a desponsatis ante benedictionem sacerdo-  
talem nec ex post subsecutam procreatorum. Tub. 1696.

g) In Elect. Disc. For. Suppl. P. I. Tit. 45. pag. 556. seq.

h) Ad Pand. Spec. XV. med. 6. et Spec. CCXCVIII. med. 3. seq.

i) In Princ. Iur. Canon. Lib. III. Sect. II. Tit. II. §. 399.

k) In cit. Disp. de Nato ex sponsa. §. 12.

l) Ad quam vide PHILIPPI Comment. Obs. 2.

öffentlichen an ihnen selbst richtig und erweislich seyn, auch sich kein erhebliches Hinderniß, oder virium intrinsecum darbey befindet, daß die hernacher vor der Trauung erzeugte Kinder, als ehrliche und rechte Erben zu der Eltern Erb- und Verlassenschaft auf begebenden Falle zu lassen — Wenn aber heimliche Versprechungen, oder Verlobniß, welche bey denen, so sich annoch in väterlicher Gewalt befinden, an ihnen selbst unbillig und unkräftig, bey denen andern aber gleichfalls ganz ärgerlichen und unlässlichen seyn, vorgangen, und nach denenselben, jedoch ehe sie öffentlich wiederholt, oder die prieferliche copulation erfolget, Kinder erzeuget werden, sollen dieselbe, Kraft dieser unserer Decision vor ehrliche Kinder nicht geachtet, noch zur väterlichen Erbschaft admittiret werden. Quodlibet vero hac ratione ex sponsa nati iura liberorum legitimorum sibi vindicare volunt, non sufficit, ut sponsalia parentum publica et legitima ex sanctione huius Decis. probent, sed et praesertim se a patre pro filio agnitos, aut illum, sponsam a se grauidam esse, confessum, doceant. Etenim sponsum patrem et filiationem ex solis sponsalibus non praesumti, cum pater is deum dicitur, quem nuptiae, non sponsalia, demonstrant <sup>m)</sup>, edocet LEYSER <sup>n)</sup>, BERGER <sup>o)</sup> et EISENHART <sup>p)</sup>.

### §. XIX.

Quae cum ita sint, partum ex sponsalibus clandestinis, Antecedens §.  
ampliatur, et  
praeindicio cor-  
roboratur.  
aut iure nostro inualidis et illicitis v. c. vi metuque, dolo, errore, in

<sup>m)</sup> L. 6. π. de his, qui sui vel al. iur. sunt. L. 5. π. de in ius voc.

<sup>n)</sup> ad Pandect. Spec. XV. med. 3. et Spec. CCCXXII. corol. 2.

<sup>o)</sup> In Oec. Iur. Lib. I. Tit. II. Th. 2. n. 9.

<sup>p)</sup> In Disp. cit. de Nato ex sponsa §. 14.



in gradu prohibito consanguinitatis vel affinitatis, aut posterioribus publicis, cum priora aequa sint publica et iusta, contractis procreatrum, in actione de prole agnoscenda et alenda instituenda, ordinem liberorum illegitimorum, e contrario ex sponsalibus publicis, nec vitio laborantibus susceptum seriem legitimorum sequi et obseruare, eo certius colligere nobis licet, quo magis haec alimentorum obligatio non ex iure singulari et loci statuto, sed iam ex iure communi deducenda. Quare, cum praeterito anno coram senatu oppidano Hetstediano sponsa a sponso suo deflorata, nomine sobolis haud diu editae, contra patrem opificem sponsi adhuc in eius potestate patria et mercede constituti, sed profugi et sede incerta vagantis ad alimenta proli ex sponsalibus publicis, legitimisque susceptrae, donec filius reuerteretur, exhibenda ageret, is vero non negaret sponsalia publica et iusta a filio ante absentiā celebrata ac filium partum pro suo agnouisse, sed tantum exceptionis loco regereret, matri et ascendentibus maternis adhuc viuis, nec egenis officium alendi praesertim ex Decif. Regia XXVIII. incumbere, seque ad alimenta prouisionaliter seu interimistice praebenda haud esse obstrictum, Facult. Iurid. Lipf. eodem anno reum, prolis auum, ut quotannis duodecim florenos, praeenumerando, partui ex sponsa nato, donec filius redierit, praestet, expensasque in processum erogatas restituat, condemnauit. Contra hanc sententiam remedio leuterationis vtebatur reus, in cuius interpositione et rite facta prosecutione haec in primis grauamina proponebat et deducebat, primo partum natum ab defectum hierologiae non esse legitimum, sed extra matrimonium natum, et hinc Decif. Regiam XXVIII. de an. 1746. in praefenti vslum praestare, deinde filium non nisi post triennium a natuitate ob L. 9. C de Patr. Potest. ad alimenta consequenda contra patrem agere posse, tum ob infericrem filii

filii conditionem annuorum alimentorum quantitatem a iudice esse minuendam, denique sententiam latam nimis esse vagam et indeterminatam, siquidem contingere posset, vt filius aut nunquam, aut post viginti, vel triginta annos demum rediret, hinc petebat, vt, si reformatior sententia forte sequi non possit, officium alendi tamen ad annum aetatis prolis decimum quartum restringeretur. Cum vero non citata Decisio Regia, sed Electoralis XLIX. et ea, quae §. anteced. 6 afferimus, ad speciem propositam maiori iure essent applicanda, alimentorum quoque appellatio latior esset, quam vt lactatione absoluueretur<sup>2)</sup> et pater a tempore natuitatis et primo orbis aspectu ad hoc naturale officium obligaretur<sup>3)</sup> praeterea liberis legitimis multo lautiora et ciuilia alimenta essent assignanda, quam illegitimis, qui naturalibus et necessariis contenti viuunt<sup>4)</sup>, et onus alendi a lege impositum ad certos annos v. c. decimum quartum nec iure Romano<sup>5)</sup> nec Saxonico<sup>6)</sup> esset adstrictum, sed vtroque iure tamdiu personis ex iure

D 2

san-

2) STRYCK. Tr. de Actionibus Foren. Sect. I. membr. II. §. 7. et c. G.  
KNORRII Disp. de alimentis a matre liberis praefundis cap. I. §. 15. et  
cap. II. §. 5.

3) L. I. §. 15. L. 4. π. de agnosc. vel alend. lib. WERNHER. Part. VI. Obs.  
396. L. MENCKEN. in Disp. de alimentis filiorum a patre praefundis,  
vel non. cap. II. §. 2.

4) BERGER. Oec. Iur. Lib. I. Tit. III. Th. 15. n. 14. MENCKEN. in Pand.  
Lib. XXV. Tit. III. §. 6.


5) L. 5. §. 7. et 19. π. de agnoscend. vel alend. lib.

6) BERGER. Oec. Iur. Lib. I. Tit. III. Th. 15. n. 1. ILL. HOMMEL. in  
teutsch Flav. sub. voc. Schweißung. Secus IURE prisco WISIGOTH.  
Lib. IV. Tit. 4. §. 3. verb. Si quis a parentibus infantulum acceperit  
nurriendum, usque ad decem annos, per singulos annos singulos solidos pre-  
tii pro nutritio infante percipiat. Si vero decimum aetatis annum exce-  
serit, nihil postea mercedis addatur; quia ipse qui nutritus est, mercedem  
suam



sanguinis hoc iucubat, donec alendus ipse se exhibere possit, confirmata quidem sicut a Facult. Iurid. Vit. mense Martio cur. anni sententia Lipsiensis, addita tamen hac declaratio: *dass Beklagter, wenn dessen Sohn nicht wieder zurückkommen sollte, das erzeugte Kind so lange, bis es sein Brod selbst verdienien kann, zu unterhalten schuldig.*

*suam suo porcf compenfare seruirio. Et IVRE MAGDEB VRG. IN ORD.  
POLIT. cap. 69. §. I. ibi. Vnd soll er die Leibesfrucht, wenn sie zur Welt  
kommen, bis in das 15. Jahr alimentiren. Differit quoque secundum  
ius commune FINCKELTHAVS. in Observat. Pract. C. II. num. 20.  
onus alendi indistincte ad annum aetatis duodecimum restringens.*



*ad hanc lectionem. Et IVRE MAGDEB VRG. IN ORD.  
POLIT. cap. 69. §. I. ibi. Vnd soll er die Leibesfrucht, wenn sie zur Welt  
kommen, bis in das 15. Jahr alimentiren. Differit quoque secundum  
ius commune FINCKELTHAVS. in Observat. Pract. C. II. num. 20.  
onus alendi indistincte ad annum aetatis duodecimum restringens.*

*ad hanc lectionem. Et IVRE MAGDEB VRG. IN ORD.  
POLIT. cap. 69. §. I. ibi. Vnd soll er die Leibesfrucht, wenn sie zur Welt  
kommen, bis in das 15. Jahr alimentiren. Differit quoque secundum  
ius commune FINCKELTHAVS. in Observat. Pract. C. II. num. 20.  
onus alendi indistincte ad annum aetatis duodecimum restringens.*

**ULB Halle**  
002 265 427


3



(f) 56.







9  
1778 2  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
ORDINE ALIMENTORVM  
PARTVI MAXIME EX SPONSA  
NATO IVRE SANGVINIS  
PRAESTANDORVM.

J. 244.  
QVAM  
P R A E S I D E  
CHRISTIANO GOTTLIEB  
HOMMELIO D.

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.  
ET FACVLT. IVRID. VIT. ASSESSORE  
IN AUDITORIO MAIORE

DIE XXIX. MAIL. A. R. S. C<sup>1</sup>9<sup>1</sup>0CCCLXXVIII.

P V B L I C E D E F E N D E T

AVTOR ET RESPONDENS

IOANNES GVSTAVVS SEYFFERT,  
DRESSENSIS.

VITEBERGAE

EXCUDIT ADAMUS CHRISTIANUS CHARISIUS.

